



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 246. Hic vero nihil mali geßit. v. 41.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

nihil magis cupiebat, quam quidquid vita reliquum haberet in emendatione peccatis insumere, erat in lucro positurus si ob eam causam a iudicio atrocius plecteretur. O quam diuersae sunt viæ hominum! & quam dispersus consequenter exitus eorundem!

§. 246 Hic vero nihil mali gesit. v. 41.

Vnde quæso tibi ô latro, ruri solum & carceribus, assueto ista cognitio & iudicium? vt scias hunc nihil mali fecisse? miror, an tibi hoc coelestis Pater reuelauit? an argumentis quibusdam & discursibus eruisti? an in eo innocentiam dare es intuitus? Certe nescio quomodo ad illam scientiam peruerteris, gaudeo tamen quomodounque peruerteris, te peruenire eo, quia mihi profuit valde tua cognitio & coniuncta ei confessio, imo toti in mundo, qui singulis annis audit eam confessionem & gaudet in Deo suo, Iesus, quod à te clamantibus impijs contrarium, est innocens declaratus,

D^Om^Ine Iesu da imitari quem colimus pium, latronem sanctum, ut qui infirmitatis nostræ confici de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus, dixisti enim, bone Iesu, Ego si exaltatus fuerō a terra omnia traham ad me ipsum, Ecce exaltatus es. Ecce traxisti latronem, m^uhe, trahe & me, Domine: trahe oculos, vt nihil iam libeat, nisi vel te, vel propter te videre: trahe intellectum, vt nihil deinceps arbitretur se scire nisi Iesum Deum suum & hunc Crucifixum: trahe voluntatem, vt nihil deinceps aut ameri aut amare possit, nisi eum qui tantopore dilexit. Trahat, imo & vrgeat me Domine Iesu charitas tua, vt iam non sibi vivatur nus tuus, sed ei cui plus mille vitas debet, qui pro ipso morti dignatus est, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, sagittasagitta illud iaculo cordis tui vt fiat cor secundum cor Dei sui, sicuti factum est latronis sancti.

§. 247. Et dicebant ad Iesum: Domine, memento mei. v. 42.

Cum iam bonus latro aduerteret se oleum & operam perdere in latrone confodali, nec spes vlla affulgeret conuersionis post certificatus, & pias admonitiones, increpationes, argumenta ad hominem, sed ipsum permanere corde obstinato, in sua peruersitate & malitia, cogitauit non negligere propriam animæ salutem, relicto suo socio, & convertit se ad Dominum corde, ore & oculis, videntque cum ole tendente ad occasum, Christum quoque tendere ad mortem

ex hac